



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

223. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. III
& ibi structuras fecerit, vel quæ ad Ecclesiam
pertinent ibidem collocaverit, & mulierum
frequentationem inibi fieri permiserit, vel,
quod turpius est, tales mulieres ibidem ha-
buerit quæ lanificium suum exerceant & cu-
ram domus agant, & in eodem Presbyter fre-
quenter veniens manserit. Contra decreta ca-
nonum hoc malum agitur. Quia sicut nec suo
ita nec alieno nomine Presbyter fœnus exer-
cere debet, multò minus fraudem facere de fa-
cultatibus ecclesiasticis: quoniam hoc sacrile-
gium est, & par crimen Judæ furis, qui sacras
oblationes asportabat & furabatur.

De usuris. *Ex canone Apostolorum.*

CCXXI. Episcopus, Presbyter, aut
Diaconus usuras à debitорibus exigens, aut
desinat, aut certè damnetur.

Canon. Apo-
stolor. c. 44.
Burchard. lib.
z. c. 119.

De eadem re. *Ex Concilio Niceno.*

CCXXII. Quoniam multi sub regula
constituti avaritiam & turpia lucra sectantur,
obliti que scripturæ dicentis *Qui pecuniam*
suam non dedit ad usuram &c. mutuum dantes,
centesimas exigunt, justè censuit sancta sy-
nodus ut si quis inventus fuerit usuras acci-
piens aut hemiola, id est, fescupla exigens,
vel aliquid tale prorsus excogitans, turpis lu-
cigratia deiciatur à clero, & alienus existat à
regula.

Concil. Ni-
cen. c. 17.
Burchard. lib.
z. c. 120.

De eadem re. *Ex Concilio Laodicensi.*

CCXXIII. Quod non oporteat sacerdo-
tes & Clericos fœnerantes usuras, vel quæ
Concil. Laod.
dic. c. 5.

112 REGINONIS LIB. I.

dicuntur fescupla, id est, summam capitum & dimidium summae, percipere. [*Vide Capitula Ahytonis Basileensis cap. 17.*]

De eadem re. *Ex epistola Leonis.*

Decreta Leo-nis I. c. 3.
Burchard. lib. 2. c. 123. CCXXIV. Nec hoc quoque prætereundum esse duximus, quosdam turpis lucri cupiditate captos usurariam exercere pœnam & fœnore velle ditescere. quod non dicam in eos qui sunt in clericali officio constituti, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus.

Admonendum hoc loco est, pro eo quod codex MS. Reginonis habet usurariam exercere pœnam, apud Leonem primum in epistola prima legi exercere pecuniam. quod rectius puto. Editio Helmstediensis neque pœnam habet neque pecuniam. Ivo parte 6. cap. 6; & Gratianus 14. q. 4. cap. 7. legunt pecuniam.

Ut sub alieno nomine fœnus non exerceant, Clerici. *Ex eadem epistola.*

Leo I. in De-cretis c. 4.
Burchard. lib. 2. c. 121. CCXXV. Illud etiam præmonendum, ut sicut non suo ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fœnus attenter.

De eadem re. *Ex Concilio Tarragonensi.*

Concil. Tar- rac. c. 2.
Burchard. lib. 2. c. 122. CCXXVI. Quicunque in clero esse voluerit, emendi vilius vel vendendi carius studio non utatur.

De eadem re. *Ex Concilio Helibertano.*

Concil. Eli-berit. c. 18. CCXXVII. Episcopi, Presbyteri, & Diaconi